Quaestio Physica.

An idem num.° Corpus possit esse circumscriptivè in duplici loco adequato?

1. Magna petis Phaëthon, et quae non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.

Si Pater Phebus immensi lux publica mundi, firmus in suo loco, fulgens in sua Regia sublimibus alta columnis te sociare posset alijs in locis vagantem, securus posset stare super currum, manibusque datas contingere habenas, non, rutilos flamma populante capillos, volveretur praeceps: at quomodo non sibi posset in suo regali loco manere, simulque tecum sectus in obliquum lato curvamine limitem percurrere, quippe in deserto primo loco, non posset quisque secundum occupare, magna petis profectò, nec viribus convenientia munera tuis, Sors tua mortalis: mortali sorte bilocatio fieri non potest: non est mortale quod optas; ideo relicta secundum naturae sortem utrimque bilocatione ejusdem num.° corporis, ad supremum, optimumque Phebum nobis recurrendum est, ne malè optantes Phaëtontem praecipitium excipiat:

2. Inquirendum nobis itaque, seu potius investigandum est de bilocatione, circa quam apud omnes Philosophos famigerata exoritur difficultas: an scilicet, idem num.° corpus possit circumscriptivè bilocari? pro cujus enucleatione Veritatis brevibus supponimus 1.° quaestionem non procedere, nec inquirere, an corpus sit potentia naturali, hoc enim pervium est in potentia, quae est ejus, quod ad hoc, quod corpus meum v.g. acquirat aliud ubi, sive ad hoc, quod in alio loco locetur adequatè, necesse est, quod deserat locum quem de facto occupat, non enim posset hic esse, sed et in foro; unde per dependentiam unius praeter localis acquirere alia. Petitur igitur id tantum, utrum id possit fieri saltem per divinam, et absolutam potentiam, taliter, quod Camillus sit sic Bononiae, et Granatae.

3. Secundum: quod quaestio non procedit de duobus locis supernaturalibus, unus videtur, potest sit, quod idem num.° corpus in duobus locis supernaturalibus existat; non fide credendum est, quod Christus Dominus modo sacramentali supernaturaliter in duobus hostijs existit Romae, et Havirzkunighi. Nec de uno loco circumscriptivo, et alio supernaturali,

Quæstio Physica.

An idem num.° Corpus possit esse circumscriptivè in duplici loco adequato?

1. Magna petis Phaëthon, et quæ non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.

Si Pater Phœbus immensi lux publica mundi, firmus in suo loco, fulgens in sua Regia sublimibus alta columnis te sociare posset alijs in locis vagantem, securus posses stare sub curru, manibusque datas contingere habenas, non, rutilos flamma populante capillos, volveris in præceps: at quomodo non sit possibile in suo regali loco manere, simulque tecum sectus in obliquum lato curvamine limitem percurrere, quippe indeserto primo loco, non possit quis secundum occupare, magna petis profectò, nec viribus convenientia munera tuis, sors tua mortalis: mortali sorte bilocatio fieri non potest: non est mortale quod optas; ideo relicta secundum naturæ sortem utrum possibili bilocatione ejusdem num.° corporis, ad supremum, optimumque Phœbum nobis recurrendum est, ne male opprimens Phaëtontis præcipitium excipiamus:

2. Inquirendum nobis itaque, seu potius investigandum est de bilocatione, circa quam apud omnes Philosophos famigerata exoritur difficultas: an, scilicet, idem num.° corpus possit circumscriptivè bilocari? Pro cujus enucleatione veritatis brevibus supponendum. 1.° quæstionem non procedere, nec inquirere, an corpus sit potentia naturali, hoc modo persistens ex potentia, qua est certum, quod ad hoc, quod corpus meum v.g. acquirat aliud ubi, sive ad hoc, quod in alio loco locetur adæquatè necesse est, quod deserat locum, quem de facto occupat, non enim possum hic esse, sed et in foro; unde per dependentiam unius præter localis acquirit alia. Petit igitur titulus, utrum id possit fieri saltem per divinam, et absolutam potentiam, taliter, quod Camillus sit sit Bononiæ, et Granatæ.

3. Secundum: quod quæstio non procedit de duobus locis supernaturalibus, utrum, scilicet, possibile sit, quod idem num.° corpus in duobus locis supernaturalibus esset; nam fide credendum est, quod Christus Dominus modo sacramentali supernaturali in duobus hostijs existit Romæ, et Havizkunigh. Nec de uno loco circumscriptivo, et alio supernaturali,

qua

quae fides docet, Christus Dominus, qui sic in caelo circumscriptive modo extenso, in Eucharistia modo sacramentali inextenso est; et dictus Christus Dominus quando admirabile Sacramentum instituit in Dominica coena, extra panes existebat locali modo circumscriptive extenso, et in pane consecrato modo indivisibili, et sacramentali substantiali; ergo de potentia absoluta potest unum idem corpus modo extenso, et circumscriptivo posse a duobus adaequatis circumscriptivis locis circumscribi, hic, et Cordubae, sive alio in loco.

4\. Tertium: duo corpora posse divinitus esse in eodem loco compenetrata, quod omnis Schola asserit cum Durando. Et quod nostrae Fidei, S. Scripturae, et SS. Patribus valde consonum, nam Dominus Jesus Christus e sinu Patris descendit in uterum Beatae V. Mariae, quo inviolato natus est. Tertia die a mortuis surrexit, penetrato sepulchri lapide. Ad discipulos comparuit, januis clausis, compenetratis, et ascendit in caelos, eos penetravit ex Apostolo ad Hebraeos. Ex quibus, ut patet in irrefragabilibus testimoniis, clare constat duo corpora quanta de potentia Dei absoluta posse esse in eodem loco compenetrata.

5\. His sic praefactis, duplex inveniter opposita sententia hic solet circumferri. 1a absolute negat bilocationem. 2a asserit de potentia absoluta Dei. Pro 1a sententia stat Thomistica Schola, et pene omnes Scotistiani, suos sequentes duces. Pro 2a duces aspice Doctorem irrefragabilem Alensem, subtilis Scotus, Fidatissimus Richardus, acutissimus Ockamus, et eximius Suarez, quos sic sequitur Schola Societatis uno excepto Vazquio, pro quo subtilis Magnus Soto Dominicanus, et eruditissimus Argentinate Scotistianus, qui absque pluribus recentiores docuerunt, sequens nunc DD.

6\. Idem numero Corpus de potentia Dei absoluta potest esse circumscriptive in duplici loco adaequato. Quod pro hac e videre rationes.

123

Quomodo debeat loqui in praesenti quod si ante vel post decretum praedestinationis de incarnatione; an esse ponenda sit aliqua alligata ex parte Beatissimae V. Mariae, an tota ex parte divinae bonitatis.

Tractatus de praedestinatione B. Mariae V.

Quaestio 1. quo signo efficaciae Dei voluntatis sit praedestinata.

Quaestio 2. An sit praedestinata ad gloriam priusquam ad Maternitatem?

Quaestio 3. An haec gloria sit summa intensive, et extensive [illegible]?

Quaestio 4. An Deus sit moraliter necessitatus ad praedestinandum eam?

Quaestio 5. An excedat nullis aliis Creaturis existentibus?

Quaestio 6. An sit praedestinata et finis, et Caput Creaturarum?

Quaestio 7a An dissoluta [illegible] Mariae esse finis et meritum de condigno?

Quaestio 8. An sit praedestinata ad sublime Viatricis, et Comprehensoris?

Quaestio 9. An si B. V. ante Christum decederet, esset in Paradiso aut Limbo?

Quaestio 10a. An resurrectio, et assumptio eius sit remuneratio suorum meritorum?

Quaestio 11a. An Gloria subva eius [illegible] qualis, et quanta sit?

Quaestio 12a. An adamo non peccante esset Mater Dei?

Heliotropia. Conceptio. Generosa. Gyrus, [illegible] circuivi.

Nardus. Belen. Nardus mea dedit odorem. ~~[illegible]~~

Lilium. Conceptio A. B. C. D. ~~[illegible]~~ sicut lilium inter spinas.

Crocus. Ang. Glor. Emissiones tuae ::: Crocus.

Amomum. Conceptio Ludus. Sicut cinamomum, Flos rosarum in diebus vernis.

Rosa. Patrocinio. Consolo. [illegible]

Viola. ~~[illegible]~~ Flos agri.

Balaustia. Nativitas. Conceptio.

Paradisus. [illegible] granatorum

(8)

+

Quæſtio Prima Mariæ, et Joſeph.

Utrum cum abſoluto voto Virginitatis à Ssmis Parentibus Maria, et Joſepho jam ante emiſſo, compatiatur verum, perfectumque Matrimonium poſtea ab ipſis contractum?

1. §. 1. Statuitur affirmativa Concluſio, et probatur.

Mulierem fortem quis inveniet? Mariam inquam, fortiſſimam mulierem, quæ omnium excellentium et ſublimium corda propria virtute calcavit, quæque, dum fortis impegit in fortem, in utero habuit de Spiritu Sancto, quis inveniet? Non ab alio inventa eſt, ait Hieronimus (lib. 1. Comment. in c. 1. Matth.), niſi à Joſeph, qui pene licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. Ideo, dum videt de ultimis [oblatas] finibus ſine fine eſſe pretium ejus, confidit in ea cor viri ſui, nec timuit Joſeph accipere Mariam conjugem ſuam.

2. Igitur ut noſtras Theologicas concertationes à bono capite incipiamus, de his Ssmis conjugibus præſentem paleſtram ſtatuimus, ut noſtrum etiam ab Jove ſurgat opus. Si enim Ovidio (lib. 5. Faſt.) ſuit perſuaſum, ſuum ab Jove opus ſurgere, dum in operis initio de ſtella in Jovis curas officioſa inſtituebat ſermonem:

> Ab Jove ſurgat opus: prima mihi nocte videnda
> Stella eſt in curas officioſa Jovis.

Capite meliori noſtrum ab Jove ſurgat opus, dum de melioribus ſtellis in melioris Jovis [curas] officioſis ſermonem proponimus, ſiquidem communes ipſorum laudes ex Gerſone (Serm. de Nativ. Virg.) dicere, quòd ſicut laus Mariæ eſt laus Chriſti Filii ſui, ita laus Joſeph in præconium redundat utriuſque, ſeſe ſalicet,

Narciſſus. Ang. glo...
Non timebit Domini...
Iris. Concep.n Cir...
Afflitti ... data ...
Hyacinthus. Conc.n ...
Fulcite me floribus
Tulipa. Conc.n ...
ego flos.